

Quandoquidem in hodierna disputatione ponderata melius præceptiva hujusmodi dispositione recognitum fuit, eam dumtaxat procedere in vocatione masculinorum, prout contextus offendit, & signanter in illis verbis: *Seu prius uxorem ducere, & si elegerit uxorem illam cum effectu ducere tenetur*; quæ solum masculis adaptantur reflectendo ulterius ad præfationem temporis, seu ætatis 30. annorum, pro nuptiis actualiter inveniendis, cujusmodi tempus, seu ætas præfationata, atque apta matrimonio dici valeat tantum in masculis, eoque claris, quia, ut ex verbis in exordio relatis feminæ habent suam particularem, & distinctam vocationem, sui substitutionem, in qua tale præceptum non legitur, adeoque intrat vulgata juris regula, quod ab una dispositionis parte non liceat inferre ad aliam, cui particulari lege provisiu fuit, de qua Dec. conf. 543. numer. 2. Honded. conf. 48. num. 50. lib. 2. Rota cor. Gregor. dec. 514. num. 8. & in res. decif. 165. num. 16. & 18. par. 9.

Præterea præsupposita declaratio cælibis status, aut non fuit deliberata cum positivo animo abstinendi à nuptiis carnalibus, vel reddidit inefficax ad privandam D. Duciffam jure successione in hac Primogenitura, siquidem deliberata non fuit cum animo abstinendi à nuptiis carnalibus, nam ex epistola Cardinalis Albricti, ex depositionibus R. P. D. Patriarchæ Altoviti, Patris Maracci Confessarii gloriosæ memorie Innoc. XI. ac nonnullarum Oblatarum dicte Pie Domus, seu monasterii apparet, quod ipsa desiderabat matrimonium contrahere, sicuti latè explicat utraque decisio R. P. D. mei Molines, prior nempè 23. Januarii §. Etenim, cum sequentibus, & secunda 22. Aprilis. §. Tanta magis.

Item per hypothefim probata redderetur inefficax, tum ex eo, quod non agit de expressa declaratione principaliter facta in executionem relati Primogeniture præcepti, sed de implicita, ac virtuali desumpta ex asserta epistola Marci conscripta, susceptione habitus, & renunciatione ex causa ingressus in dictum monasterium, ut ex solemnibus ipsius oblatione. Ipsi enim agens cum gestu fuerit cum mentali, ac verbali relatione ad idem monasterium cum mentali, conditione; & qualitates, ex quo illud ex sui fundatione, seu Instituto non obligat ad votum solemne castitatis, seu perpetuum, & immutabilem cælibatum impedivum matrimonii, prout præcisè in hac causa declaravit S. Congregatio Concilii de anno 1673, cujus Decreta Tribunal nostrum reverenter amplectitur, ut ipsimum testatur in res. decif. 71. n. 15. p. 14. & dec. 297. n. 2. p. 17. & alibi passim. Ex hujusmodi locis naturales actus substantiantur, & per consequens variabiles, ac mutabiles sunt, nec ullo modo importare possunt positivam declarationem abstinendi à nuptiis carnalibus, itaut sequito egressu D. Duciffæ à monasterio, nuptiisque casum contractis, & quidem ante apertæ successione casum contractis, statim temporalis, ac variabilis cælibatus declaratio evanuit, ut ponderantur omnes decisiones hujus causæ, & præcisè postrema §. Quoniam. Primogeniture siquidem conditiones excludunt dumtaxat eos Religiosos, qui solemnem professionem emittunt, & Clericos in Sacris constitutos, qui perpetuo, ac solemni cælibatu se adstringunt impedivum prorsus matrimonii, non eos, qui vitam cælibem variabilem tamen elegerunt quandoquocumque matrimonium contrahere possunt, ut habetur ex illis verbis: *Exclusio etiam Religiosorum tam Regularium, quam Sæcularium, ac Militum earum Religiarum, quæ requirunt cælibatum, & excludunt matrimonium, prout etiam Clericis secularibus in Sacris constitutis, quot semper exclusi voluntarii, non odio Religionis, sed ut perpetuo bona mediante matrimonio &c. in Familia manententur.*

Tum claris ex quo cum de tempore, quo successione casus evenit per obitum ultimi Primogeniti masculi, jam D. Duciffa Livia è memorato monasterio fuisset egressa, matrimonium copulata cum Viro ex Familiis contemplatis in Primogenitura, & filios procreasset, talique modo habilis ad succedendum effecta ob concursum omnium qualitarum per conditores exoptatarum, tamen medio tempore, ut pretenditur extitisset inhabilis, non exinde tamen orbita remansisset jure Primogeniture, quia de tempore successione attendendo reperita fuit capax, & habilis, ut disponit text. in l. Sed si conditione 6. §. 2. & leg. Liber Homo 59. §. Si heres. ff. de hered. insti. Molin. de primos. l. 3. cap. 2. n. 26. cum seqq. Mierz de majorat. par. 1. g. 2. sub n. 53. & Rota in utraque decisione R. P. D. mei Molines in comprobationem adducens exemplum Clerici Beneficiati in minoribus constituti, & à successione feudis exclusi, qui si re integra, & ante casum successione Clericali, & Beneficium dimittat, succedere potest in feudo, quod prius di-

serat Rosental. de feud. c. 7. concl. 30. n. 1. cum seqq. de Pont. dec. 4. n. 4. & 5. cum alius per Rot. cor. Card. Cerro decif. 744. n. 17. & 18.

Cui etiam dispositioni juris consonat ipsa Primogenitura lex in illis verbis: *Et nunc pro tunc, & in huiusmodi casum, & eventum vocatur, & nominatur filiam feminam primogenitam, dummodo tunc nuptia sit &c.* quæ restringunt vocationem, & apertionem successione ad præfatum casum obitus ultimi possessoris masculi, prout est etiam de regulari natura Primogeniture, in qua Primogenitus dicitur ille, qui talis de tempore delatæ successione reperitur, Mierz de majorat. p. 2. q. 4. illat. 3. n. 12. Rot. cor. Bich. dec. 622. num. 20. cum seq. atque etiam ex aliis subsequentibus. Alias eadem à commodo presentis Primogenitura, & successio in ea aperitur, & devolvatur alteri iuxta ordinem dicte Primogenitura proxime vocato, quæ similiter præsupponunt successione fuisse delatam, cum aliis non declarans non privetur commodo Primogeniture cum devolutione successione ad alium vocatum ex regula text. in l. Decem. ff. de verb. oblig. Rot. in res. decif. 73. num. 18. & decif. 211. n. 12. par. 19. & demum ab exemplo femine ex eadem Primogenitura desumpto, quæ si præcederet extra quatuor Familias nupta se ad succedendum inhabilis fuisset effecta, si tamen de apertæ successione tempore vidua reperitur, & nubat in una ex Familiis contemplatis per conditores, fit capax succedendi, ut intelligi debet eisdem intermediam incapacitatem de successione tempore cessantem, non abhorruisse.

Haud obstantem replicationem; quod superius firmata procedant quoties prætenderetur exclusio ex capite status incompatibilis, secus autem ex declaratione non nubendi, vitamque cælibem aducendi, ex qua statim acquisitum fuerit jus Domini Principiffæ ultrogenitæ, nam non agit de declaratione deliberatè emissa, dequæ tempore delatæ successione, & ad præfatum finem, & effectum viam ulteriori genito aperiendi, prout loquuntur Doctores in oppositum allegati, & conditores Primogeniture disponunt in illis verbis: *Is scilicet, cui dicta successio pro tempore aperitur &c. sed longe ante, ut reacquisita capacitate de successione tempore, declarationeque vite cælibis revocata per egressum à Monasterio, & per incompatibilitatem matrimonii statim ante apertam successione dici non potest inhabilis ad succedendum ex ipsa conditio mente, non adversantibus aliis verbis: *Seu declarasse debet, dum fuerit apposita ad offendendum, quod declaratio fieri potuisset etiam ante 25. ætatis annum, retento eodem delatæ successione themate, sicuti firmat utraque decisio R. P. D. mei Molines, prior nempè, §. In nihilo, & altera, §. Minusque.**

Hinc D. Principiffæ Clericæ promanat ab hac Primogeniture successione exclusio, nam sublatò recitatae declarationis obstaculo cum Domina Duciffa Livia sit primogenita, nuptaque in una ex Familiis consanguineis in Primogenitura exoptatis, eadem, ut præcongnitum fuit, successio debeat, non autem D. Principiffæ ultrogenitæ, ac matrimonio junctæ cum Viro extra Familias contemplatas, non urgentibus nonnullis præadductis signis in comprobationem anterioris matrimonii dicte D. Principiffæ per D. Duciffam offensis, cum sit æquivoca, & proinde inefficacia ad erogandum sibi præjudicium in hac insigni Primogenitura, signanter cum Domina Duciffa, ut constat ex dicta altera D. Cardinalis Albricti, ac ex depositionibus R. P. D. Altoviti, Patris Maracci, & oblatarum ante dicti monasterii ex presse voluntatem patefecerat matrimonium contrahendi, ideoque verisimile non est in Dom. Principiffam Sororem cum tanta ipsius jactura sui suum transferre voluisse.

Denum nec sub motivo urgentis æquilitatis inter has DD. Sorores dividenda est pro medietate successio, prout suadere conabantur scribentes pro D. Principiffa ex dispositione text. in l. Si pater 40. & l. seq. ff. ac hered. insti. in l. Tertia Testator, ff. de legat. 1. & ab exemplo Domus Theodulæ, ubi, non attempta Primogeniture lege previo tamen laudo, seu arbitratu per san. mem. Clem. VIII. confirmato, eadem divisa exitit inter duos fratres, nam non versatur in articulo dubio Cæsareæ decisionis indigentæ, sed in casu, quo tam ex censura juris, quam ex mente institutorum Primogeniture successio in totum deseruit D. Duciffæ priori nate, ut optime advertitur in secunda decisione R. P. D. mei Molines, §. finali. Exemplum verò Domus Theodulæ redditur præteritis inapplicabile, ex quo ibi Partes decisionem controversiæ remiserunt Arbitris

tris per viam conceditæ, & amicabile compositionis, quod deficit in casu presenti.

Et ita Dominis omnibus videntibus, ac remissive ad antecedentes hujus causæ decisiones, in reliquis se habentibus conclusum fuit utraque &c.

JANUEN. MAJORATUS DE GRIMALDIS

I N T E R

HIERONYMUM PRINCEPEM HYERACIS,

E T

JOANNEM BAPTISTAM DE GRIMALDIS,

Responsum pro veritate.

De eodem puncto, de quo supra disc. i. cum pluribus sequentibus, an scilicet detur differentia inter primogenituram, & majoratus Hispaniæ, ac majoratus Italiæ ad effectum regulandi successione; Et an in eis attendi debeat major ætas per naturam, vel potius prerogativa lineæ primogenitæ. Et quid referat annua, vel plures lineæ ab initio constitutæ sint.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series cum resolutione.
- 2 Quid referat unam, vel plures lineas constitui.
- 3 De stylo Rote Romane, ut ejus Auditores non proferant votum sine participatione.
- 4 Quod quandoque proferantur judicia ex motivis politicis.
- 5 Quod regula assistit nepoti ex primogenito contra patrum.
- 6 Quando cooperit usus primogenitorum, & majoratum.
- 7 Damnatur prolixitas, & laudatur brevitatis.
- 8 De stylo Auditoris non curandi impugnationes suarum opinionum.
- 9 Persequitur in eodem sensu, de quo disc. i.
- 10 Quod antiquitus fideicommissa non essent obligatoria.
- 11 De origine, & introductione primogenitorum, & majoratum cum historica reassumptione rerum Italiæ.
- 12 In quibus casibus attendatur major ætas per naturam, & veritatem.
- 13 De circumstantiis particularibus casus ex quibus regulanda est voluntas disponentis super una, vel altera specie majoratus.
- 14 De eadem conclusione, de qua n. 2. quid referat unam, vel plures lineas ab initio constitui.
- 15 Ordo successione regulandus est ab ultimo moriente, non autem a primo testatore.
- 16 De exemplo successione Regnorum Portugalliæ, & Neapolis.
- 17 Expenditur votum antiquum Auditorum Rote Romane in ista dispositioe.
- 18 De distinctione inter jus successione, & jus administrationis.
- 19 Concluditur pro injustitia resolutionis.
- 20 Ad quid referat agere de origine, & introductione, de qua n. 1.
- 21 Quomodo Doctorem auctoritati sit deferendum.

D I S C. CCII.

Hieronymus de Grimaldis de anno 1550. instituto Baptistanico filio, inter aliam ejus testamento disposita, pro commendabili illius Civitatis conductu, mandavit multiplicum aliquarum comperamur S. Georgii ad hoc, ut fructus distribuerentur inter pauperes de familia eo modo, quo supra disc. 3. infra disc. 237. & sub tit. de jur. patron. disc. 54. & alibi, mandando hanc distributionem fieri debere per Magistratum pauperum cum interventu majoris natu de linea dicti Baptiste, nec non voluit, quod major natu pro tempore descendens à linea masculina ipsius testatoris haberet debet usum, & fructuonem domus, vel Palatii propriæ habitacionis, donec linea masculina duraret, eaque defecta major natu lineæ femininæ.

Cum autem ex Baptista fuissent superstites Joannes Franciscus primogenitus, & Pasqualis secundogenitus, atque de eis defunctis de anno 1597. circiter casus præbuisse, quod Andreas filius Pasqualis secundogeniti esset naturaliter ætate major Hieronymo filio Joannis Francisci primogeniti; Hinc inter istos, nulla mentione habita fructuonis Palatii, quam Hieronymus continuabat post mortem Patris, atque

semper continuavit prout fecit Joannes Franciscus ejus filius usque ad obitum, orta fuit controversia super dicto jure distribuendi fructus comperamur inter pauperes de familia; Illoque Magistratu desuper consulente Seraphinum, & Pamphilium seniores Rota Romane Auditores, ab istis prodiitvotum Pasquali naturaliter natu majori, quamvis de linea secundogenita, favorabile, ac cujus normam producit decretum, juxta styllum ejusdem magistratus executioni demandatum; Sequita verò nuper motu dicti Joannis Francisci Junioris Principis Hyeraci, superstitibus Hieronymo primogenito, & aliis filiis, præfensionem excitavit Pasqualis junior dicti Pasqualis secundogeniti, ex filio nepos ætate major, atque uno gradu testatoris proximior, super fructuone, vel usu dicti Palatii, quasi quod non curata prerogativa lineæ, sub nomine majoris natu venire deberet, qui per naturam, non autem per fictionem esset talis, multo verò magis, dum cum prerogativa ætatis conjungebatur etiam altera gradus; Introductaque causa in eo Senatu, vel altero consueto magistratu pro illius Reipublicæ stylo constituto ex nobilitate non professoribus legalis facultatis, ac propterea mos est assumere Assessores aliquos Juris Consultos, cum quorum voto in iis, quæ Juris finis procedatur, eo modo quo in alia controversia oriente ex hoc testamento, ut supra præfatum fuit, ac etiam in casu de quo disc. 58. de feud. & in aliis plerisque causis hujus Civitatis, de quibus sub diversis materiis agit; Idcirco assumpta coram hujusmodi Consultoribus acerrima disputatione; Cum per Scribentes pro Hieronymo, magnum, ac potissimum fundamentum constitueretur in meo jam edito disc. i. hoc tit. e converso autem Scribentes pro Joanne Baptista illum in parte impugnando circa reprobandum distinctionis inter Majoratus Hispaniæ, & illos Italiæ, afferendo quod esset distinctio nova de meo capite contra communem sensum DD. in eodem quoque, magis verò in disc. 4. fundamentum constituerent in ea parte, in qua firmatur, quod in ista questione utpotè facti, & voluntatis potius quam juris principaliter, & ante omnia inspicere debet expressa, vel saltem præsumpta, & conjecturata voluntas testatoris, cui omnes regulæ, & autoritates cedere debent, quasi quod ex facti circumstantiis ista voluntas Joanni Baptiste actori assisteret; Hinc penè eodem tempore cum aliquo dieum intervallo per utramque partem meum exitium fuit iudicium, atque utriusque breviter respondi penè per eadem verba circa Juris theoricam relativè, & approbativè ad firmata disc. i. favore Hieronymi majoris natu civilliter ex prerogativa lineæ, opinando quod ex facti circumstantiis non resiliaret diversa testatoris voluntas, quæ ibi factuæ theoreticæ limitationem producit, quinimodò potius mihi videbatur, quod factum eidem Hieronymo assisteret, atque Juris dispositionem comitaretur.

Contraria tamen prodiit resolutio, qua fertur ex plerisque motivis prodixisse; Primo nempè ex eam circumstantia, quod testator agendo de isto majoratu Palatii vocaverit majorem natu lineæ propriæ, non autem lineæ Baptiste hæredis, ut in alia dispositione super distributione fecit, quasi quod ita unicam lineam æqualiter omnium descendencium complexivam constitutere voluerit, & per consequens, quod non adesset discretio linearum, præcipuum, ut supponebatur, fundamentum constitutum in distinctione à me tradita disc. 57. num. 21. in fin. 102. n. 3. 104. num. 7. 106. num. 13. & 14. magis verò ad rem disc. 117. num. 1. & latè per Rosam consul. 169. n. 62. & seqq.

Secundò magis in dicto voto ad eodè qualificatorum duorum Rote Auditorum, juxta quod prodiit decretatio Magistratus executioni demandata; Potissimè quia dictum votum dicendum venit totius Rotæ stante istius Tribunalis stylo enunciato disc. 32. in relac. cur. quod etiam isti negotiis, in quibus extra Rotam singulari nomine ejus Auditores, vel tamquam consultores, vel tamquam arbitri assumuntur, solent facere verbum in Rota, & audire votum suorum coauditorum.

Et tertio ac fortè magis, & principaliter, ex quibusdam motivis prudentialibus, quæ vulgò politica dicuntur à personarum contententium qualitate, aliisque circumstantiis resultantibus, cum præferim in hujusmodi Rebus publicis frequentius, aliquando verò etiam in Principibus Monarchicis, inoleverit iste mos, ubi præferim agatur inter nobiles qualificados, sive quod de re notabilis momenti agatur, procedendi cum hujusmodi regulis, quarum praxi, & usui magnum præbuit aditum scilicet opinioonem inter professores, unde prodiit omnimoda involutio totius facultatis legalis, adeout quilibet resolutio quantumvis injusta be-



ne cum conclusionibus, & doctrinis coherere valeat; Ultra quod nequid est novum cum initio deciniquarti facili ex eisdem regulis, juxta unam opinionem, cum qua communiter procedunt Juristae, & aliqui Historici per Bonif. VIII. ex eo quod sequuntur esset adhuc vivente Carolo Secundo patre cui Bonifacius praecessit, sive juxta alteram per Clem. V. Avinionem residentem ex dicta ratione quod Bonifacius obiit adhuc vivente dicto Carolo, ita judicatum fuerit super successione Regni Neapolitani ad favorem Roberti secundogeniti majoris natu contra filium Caroli primogeniti praefuncti ex dd. regulis tanquam per speciem limitationis, admittendo opinionem nepoti minoris manu favorabilem esse veriorum, magisque receptam pro regula; Adeo ita per eundem Robertum in eadem Civitate Avinionem cum Consilio, & assensu plurium Cardinalium, postmodum ad breve tempus judicatum fuerit super successione Comitatus familiae Sanseverinae in eodem Regno de ejus casu agit Oldrad. *conf. 224.* quod revera continet restrictum plurium informationum omnium Advocatorum, actiam mentionem facti Bald. *in l. s. v. v. v. C. de bon. bon. maier. & in l. liberi. C. de bon. liber.* Ac propterea alii communiter sequuntur istos duos nempe Oldr. & Bald. tanquam antesignanos, ac primos magistros istius materiae primogeniorum, & majoratum aliis antiquioribus ignota, ut patet ex Tiraquell. *de primogen. in variis locis.* & praesertim *qu. 40. mem. 10.* quamvis enim Bart. & Alber. & alii antiquiores agant de successione solius primogeniti, Attamen percutiunt quaestionem validitatis consuetudinum, vel conventionum, sive Statutorum id dispensantium, ut patet ex eodem Tiraquell. *dir. act. quae. 40.*

Penae autem incredibile videtur quam prolixè in ista controversia per plures hinc unde Scribentes in utraque lingua latina, & Italica scriptum sit, & quam magni adhibiti fuerint labores, cum non parvis apologiis, emulationibus ac etiam forte conviciis nimia quidem damnatione dignis inter ipsos Scribentes, adeo forte magnum volumen edi possent, Mirumque est quod Januenses forte praeter ceteris in Italia elevati, & acuti ingenii, nimirumque capaces etiam rerum legalium quamvis non sint professores, sed negotiis magnifice mercionis, ut votum est, dediti, cum tanto eorum profectu, ac splendore, ament, ac assument has prolixas, nimirumque copiosas scripturas pro majori parte superfluitas plenas, cum id arguat tarditatem intellectus, ac potius ineptiam, & hebetudinem, dum ingenia perspicacia, & clara ponunt, ac respectivè cupiunt veritatem in paucis, atque brevitate potius amant ex illis rationibus, de quibus in *Opusculo styli, ac etiam disc. 46. in relatione Curiae.*

Licet verò Scribentes pro aetate major natu per naturam impugnano dictum meum *disc. 1.* in quibusdam scriptis, illis praesertim apologeticis, quae Italico idiomate respondendo aliis in eodem idiomate forte parum directè scribentibus, acriter meum redarguant judicium quasi quod rem novam in legali facultate aggreddi, impugnano scilicet ex proprio sensu singulari, id quod magis communiter per DD. est receptum; Non tamen id aegre tuli, neque in hoc, & in aliis opus defensionis assumendum censui, tum quia loquebantur cum magna quidem urbanitate, & existimatione, quibus revera, & ex corde me reputo parum dignum, ideoque reliquum condonandum est Advocatis, & defensoribus, quorum manus est tueri pro viribus proprium clientum, ideoque licet acriter impugnet illos, qui eis advertebantur; Tum etiam quia nunquam in animo fuit Mundum docere, illumque in propriam trahere sententiam, sed solum indicare id quod mihi probabilis videatur, habendo principalem respectum ad rationem, quae dicitur anima legis, atque distinguit homines à brutis, relinquendo plenam libertatem cuilibet impugnandi, quinimò id apertè fit charum, ut ita melius inquiratur veritas, ad quam singulariter omnes meae lineae sunt directae.

Ac etiam, quia perpetuo damnabilem censui stylium, inter aliquos juristas, magis verò inter Morales religiosos, qui secularibus exemplar esse debentem modestiam, urbanitatem & humilitatem, adeo acriter, & cum irreconciliabilibus emulationibus, & conviciis apologias, & contra apologias componendi, res quidem pro meo sensu, qui ex bono zelo regulatur, nimirum scandalosa, & super qua Superior ad quos pertinet, providere debent.

Quatenus itaque pertinet ad examen controversiae, tres ennumerabam inspectiones; Primò nempe super articulo in genere praescedendo à particularibus facti circumstantiis, ex quibus desumatur diversa disponentis voluntas, quae regulam limitet, atque cessare faciat; Secundò quid in hac

facti specie atrensus ejus circumstantiis; Et tertio quae ratio habenda esset de dicto voto, & decreto respectivè anni 1597.

Circa primam, quando etiam nulli penitus adesset, qui hanc somniantem distinctionem nulli juridico fundamento innexam reprobarret inter primogenitorum, & majoratum Hispaniae, & illos Italiae; cum tamen plures adfuit fundati DD. eodem *disc. primo* recensiti illum reprobares, adhuc tamen post terminatam causam erga quam utpote abiens, ac semel & breviter respondendo, nullam contrariam affectionem, in eadem persistendum mihi videtur sententia ad favorem minoris natu habentis praerogativam lineae ex rationibus, fundamentis, & inconvenientibus *cod. disc. 1.* consideratis.

Et quidem affirmando rem ab alto, & per ejus principia, ut decet; Quamvis antiquis in sacris, & prophanis paginis legatur iste usus primogeniorum, & majoratum, ex iis, quae late, forteque ad nauseam recenset Tiraquell. *diff. tract. in praefat. ubi eruditionem forte magis quam ut par est, affectare videtur.* Attamen apud Romanos, quorum jure vivimus, de tempore libertatis, & Reipublicae, usque ad tempora Augusti, cessabat hujusmodi quaestio in radice, dum etiam fideicommissa simplicia, quae pluralitatem personarum admittunt, non erant obligatoria, sed totum pendebat à voluntate haereditis, an sibi commissam fidem servare vellet, necne, unde prodijt fideicommissorum nomen, ut bene admonet *Jufinianus in s. primo. Instit. de fideicommissar. hered. & advertebat pluries praesertim disc. 80. de feudis, & initio Summae. sive Compendij fideicommissor.* Ultra quod non habemus in corpore juris leges, quae dictum tempus percutiant, dum antiquiores leges, quae funt in Digestis depromptae ex responsis Juris Consultorum funt post cessatam libertatem, ac introductum Imperium Monarchicum, sub quo, & non prius fuerant illi Juris Consulti, ex quorum oraculis caesare decedebantur; A tempore verò Augusti citrà usquequo in Urbe, & in Occidente Romanum Imperium finem habuit in Augustulo, ubi invasiones, & occupationes Gothorum, aliarumque exterarum Nationum, habetur quidem tam in legibus *Disgestorum*; quam in illis *Codicis* usus fideicommissorum in forma ordinaria, ut etiam de praesenti habemus, quando qualitas primogeniturae, vel majoratus eis impressa non fit, ut omnes in eodem gradu ad instar intestatae successiones admittantur, tanquam in jure dividuo, sed cognita non sunt primogenia, & majoratus in bonis indifferenteribus ex privatorum dispositionibus, ut habemus de praesenti; Minusque habebatur usus illorum Regnorum, & Principatum individuum, qui postea inolevit, ac alter feudorum; Quid autem introductum sit in Italia per Gothos, & Vandalos, donec in ea denominatum habuerunt, incertum remanet, dum eorum leges, vel memorias non habemus, usquequo sub Justiniano per Bellarium, & Narsetem ab ista Provincia expulsi fuerunt, sed ad breve tempus supervenit dominatio aeternis exterarum dominationis Longobardorum sub Justino Justiniani filio, quae longam habuit durationem, cum introductione Regnorum, & Ducatum, aliorumque Principatum, & forte etiam feudorum, & baroniarum in forma tamen dividua, juxta naturam fideicommissorum simplicium, ut prohibita non esset simultanea successio plurium personarum ejusdem gradus, ideoque in eorum legibus, quas adhuc habemus registratas in aliquibus juris civilis corporibus post librum *Authenticarum*, iste usus primogeniorum, & majoratum non legitur, atque ex antiquorum traditione, quam etiam hodie tenemus, quando vult describi feudum, vel Principatus naturam dividuam, dicitur, quod fit ad formam Juris Longobardorum, ut *disc. 8. & seq. de feud. & septis.*

Postquam verò in eadem Italia, Summo Pontifice postulante, venerunt Franci, populi tunc constituti partim ex regionibus, quae hodie situantur sub Germania, & partim ex illis, quae situantur sub Gallia, sub Pipino, & Carolo Magno, ad reprimendam dictorum Longobardorum audaciam, inolevit usus eorumdem Principatum, & feudorum in forma, seu natura individua, ut non admittent pluralitatem personarum, sed unus tantum primogenitus, & cum ordine primogeniturae esset successor; Ac propterea illa feuda, in quibus ista individua natura introducta esset, dicerentur, prout etiam hodie dicuntur, ad formam Juris Francorum; Et sic ab istorum tempore in Italia inolevit iste usus primogeniorum, & majoratum, qui habentur pro synonimis, idemque denotantur; Idque sequuntur per plura saecula, antequam sequeretur inventio, & habetur usus legum Civilium, cum quibus vivimus, juxta eorum historiam, pluries recensitam, praesertim *disc. de serv.*

Hinc

Hinc itaque liquet, quod id emanavit à consuetudine, sive à moribus digestorum Francorum, quia forte in eorum regione vigeret, principaliter in natura primogeniturae, quae ut praemisum est, confundebatur cum vocabulo majoratus, isto autem posteriori vocabulo locum Hispani, quam Franci uti consueverunt, relinquendo locum veritati quaenam dictarum nationum hunc antiquorem usum haberet, & an una ab altera mutata sit, quod nihil refert; Bene vero quod originaria introductio fuit principaliter in Regnis, & Principatibus, ac feudis, non autem in bonis privatis indifferenteribus ex privata dispositione, ut praesertim ab antiquo idem usus inolevit in feudis, & baroniis regnorum utriusque Siciliae, ut advertitur *diff. disc. 7. & 13. de feudis*, & alibi pluries; Ad instar verò tractu temporis ex consuetudinibus, vel statutis, sive ex familiarium conventionibus, idem successioneis modus, vel ordo introduci cepit in bonis privatis indifferenteribus; Et recentius ob experientiam, quod cum hoc ordine, & cum unione honorum in una persona conservare magis nobilitas, & decus familiarium, id introduci cepit ex privatis dispositionibus per ultimam voluntatem, sive etiam per actus inter vivos, sed promissive adhiberi ceperunt dicta vocabula *Primogeniturae*, & *Majoratus*, sive *Primogeniti*, & *Majoris natu*; Ex quo praesertim circa istud posterius vocabulum, quia post Francorum, aliarumque nationum dominationes in eadem Italia prius in Regno Siciliae occasione expulsiōnis Gallorum sub Carolo I. Andegaventi, deinde verò in Regno Neapolitano per adoptionem Joanne II. de Alphonso I. Aragonsium Rege, supervenit dominatio Hispanorum, qui adhibent potius vocabulum Majoratus, vulgò *Majorasco*, quam illud primogeniturae, quod adhibetur magis à Franciis, sive Gallis, ob hujusmodi nationum naturalem antipathiam, ut una abhorreat id, quod faciat altera; ideoque ex utraque natione in Italia inolevit iste usus promissive hujusmodi vocabulorum, idem revera sonantium, & quorum originarius ordo provenit ab illo Regnorum, ac Principatum, & Baroniarum, sive feudorum dignitatis naturae singularis, & individuae juxta communem sensum omnium Doctorum, tam Italorum, quam Hispanorum, Gallorum, & Germanorum, quod scilicet idem denotat natura individua, ac jus primogeniturae, ut actualis hodierna praxis docet in feudis, ex *relatis disc. 8. & 13. & in aliis de feud.* & alia pluries; Et per consequens non videtur ex quo fonte, quae origine prodierit dicta distinctio inter primogenituras, & majoratus Italiae, cum revera id manifestè fabulæ speciem habeat, atque ex consuetudine aliorum praesertim Consulentium simplicitate, absque aliquo fundamento prodierit.

Praerogativa verò senioris, & qui naturaliter inter plures esset major natu, bene atenta rerum origine, atque capiendae rem per ejus principia, ex intentione, vel ratione juris, ac Doctorum, inolevit in illis juribus, quae habitum sunt pluribus communia; atque à pluribus possideantur, sed in actu, sive exercitio sint singularia, & non possint nisi ab uno explicari, juxta exemplum tradi solium, de quo *disc. 19. & seq. de praem. & alibi*; jurium scilicet competentium alicui Capitulo, vel Collegio, quod ex gr. celebrare missas, aliaque functiones pontificales peragere, absente, vel impedito Episcopo, aut altero Praelato, est jus Capitulare, quod habitualiter residet penes totum Capitulum, omneque ejus Dignitates, & Canonicos, sed quoniam in exercitio est actus singularis, & individui, qui non potest explicari nisi ab una persona, ideoque pertinet ad illum, qui sit primus, vel antiquior inter Capitulares, vel Collegiales, cum similibus; Ita à pari si plures possideant pro communi Castrum, vel alia bona, tunc exercitium actuum individuum verò, & singularium, ut (ex gr.) est retinere claves Castris, vel custodire scripturas, vel exercere jurisdictionem, alioque similes actus indivisivos facere, pertinet ad eum, qui inter plures consortes sit senior, utpote habens majorem prudentiam, quae in hujusmodi actibus attendi debet; Secus in rebus, quae habitualiter sint pluribus communes, adeo ut non intret successio singularis, ut supra *disc. 4. & 6.* in istius casu juxta communem usum, sub nomine majoris natu, vulgò *il Maggioreasco*, verò, & proprie venit ille, qui in ea domo, vel genere facit figuram primi, seu capitis illius domus, idque non ex accidenti qualitate majoris aetatis provenit, sed ex praerogativa lineae; quia nempe occupet primum locum in linea primogenita, talisque est usus communis, à quo non est recedendum, dum versamur in materia, quae certam non habet legem, sed tota pendet à consuetudine, quae originem, ac normam recipit à Regnis, Principatibus, ac feudis, vel Baronis individuis, illis pra-

sertim dignitatis, quae cum ordine primogeniturae regulantur, ideoque ab hoc ordine non est recedendum, dictaque distinctio majoratum Italiae, & sint diversi à primogenituris ejusdem Italiae, & majoratibus Hispaniae, non videtur cuius legis, vel consuetudinis, aut rationis fundamentum innixa sit.

Quo verò ad secundum punctum circumstantiarum particularium casus controversiae, an scilicet ex eis recedendum esset à dicta regula locuti ejus, qui habet praerogativam lineae; adeo effectus locuti limitationi ad favorem senioris de linea secundogenita; Advertebam nullam videri urgebam conjecturam, vel argumentum hujus diversae voluntatis, quinimò, quod res esset in oppositum ex pluribus, Primò nempe quod illa inconvenientia, quae *disc. 1.* considerantur, ubi agatur de toto aetate, quando de seniore in seniore iste majoratus salutarium tranfitum facere deberet; multò magis in hac facti specie procederet, dum agitur de solo usu habitationis conspici palatii, quod supponit illum tantum divitem, & conspiciunt, qui pro majori contentio, in familiis nobilibus conservari, & continuari solet in eo, qui faciat figuram primogeniti, & capitis domus, non autem in secundogenitis, eorumque descendentes, quibus vulgò *Cadetti* nuncupatur; Possimè autem ponderando, quod tunc possiderentur; vel possideri sperarent feuda titulata, quae cum ordine primogeniturae regulantur, ut est Principatus Hyeracis cum annexis, ut ita habitatio correspondeat dignitati, & statui, aliis etenim deae usum conspici palatii in pauperesone, qui tam in inspellectili, quam in famulatu, aliisque tractamentis, debitam proportionem servare non potest, convertitur potius in incommodum, ac opprobrium, & derisionem contra omnem verisimilitudinem, ac etiam quod ubi familia tradu temporis fiat numerosa, senior praesupponendus est in aetate nimium gravi, adeo illud tempus, quod est necessarium, ut haereditas ultimi possessoris illud evacuet, ipseque successore praeparare ea, quae necessaria sunt pro habitatione, consumatur ejus vita, & sic successivè, quod nil absurdius, nilve inverisimilius, ut ad sensum cuique probatur.

Secundò, ob declarationem factam per Joannem Baptistam primam haeridem de testatoris voluntate verificillime informatum, quod providit Pauperem secundogenitum de villa cum commoda habitatione, assignata ratione, quod palatium paternum assignatum esset primogenito, ejusque linea.

Et tertio ex adeo diturna, & continua observantia, quae in quibuscumque rebus ambigua dicitur optima interpretis; Possimè verò, & fortius, quia constat, quod Andreas frater aetoris, & filius Pasqualis secundogeniti, sui viri diligentissimus, ejusque jura nimirum atente tueri curavit contra alterum Hieronymum filium primogeniti, si non in pupillari, saltem in minori aetate constitutum, reportando dictum votum Rotae Romanae, & decretationem Magistratus super distributione, ut supra, ideoque verisimiliter non neglexisset hoc jus, quod aetate majoris utilitatis, magisque importabat.

Econverso pro argumento diversae voluntatis testatoris, ut de majoratu saluario intelligere voluerit, aliud non deducebatur fundamentum nisi superior initio infirmatum, quod scilicet in hac dispositione palatii testator non respexit ad lineas constituendas per Baptistam haeridem, sed ad lineam propriam unicam; ideoque omnes descendentes dicendi essent de una, eademque linea, & per consequens quod non intraret discretio linearum cum praerogativa inter eas, ut locis supra citatis advertitur.

Quando istud argumentum concluderet ad rem, sive ad effectum, de quo agitur, tunc in primis ex eodem fatere oporteret, quod injustum, maleque fundatum esset dictum votum Seraphini, & Pamphili, dum ea dispositio super distributione directa est ad lineam Jo. Baptistae haereditis.

Praeterea quamvis ego in hoc motivo potissimum fundamentum constituerem in Bononiam, Primogeniturae de Podis, de qua infra *disc. seq.* Attamen, vel ad rem non facit, cum rei ageretur de institutione novi ordinis succedendi ob extinctam lineam ultimi possessoris, ideoque in eo casu non urgebat potissima ratio continuationis in eadem linea, in quam bona sint ingressa; Vel etiam in eo casu de motivo dubitari potest, ut ibidem advertitur. Ista namque distinctio est in suis casibus vera, sed quod in applicatione, juxta frequentiore contingentiam consisteret fallacia, ad quam detegendam advertebam, quod plures casus in hoc proposito distinguendi debent.

Primus etenim est, quando agatur de quaestione reciproca



ex per testatorem ordinare, an illa censenda sit linearis, adeo ut transeat de una linea ad alteram, vel potius intelligenda veniat discretivè in qualibet linea, & inter ejus personas tantum, adeo ut penes ultimum de singula bona que in illam ingreſſa sunt efficiantur libera. Et tunc rectè intrat, atque magnificanda est ista distinctio, atque in his terminis procedunt ea, que habentur d. difc. 102. & seqq. & præſertim difc. 106. & alibi.

Alter casus est, quando testator ordinavit primogenituram perpetuam, & defensivam in uno ex pluribus filiis aliquis, in quo incipere deberet, an illius primi linea extinguita, vel non incipit primogenitura terminet, atque bona efficiantur libera, vel potius continentur in aliis filiis ejusdem, qui demonstratus est stipēs, & pariter intrat eadem distinctio, an scilicet contemplata sit linea unica dicti stipitis complexiva omnium filiorum, vel potius illa primi primogeniti discretiva à lineis aliorum filiorum, & de hoc agitur d. difc. 117. qui reputatur magis proximus, & præcilius.

Tertius casus est, ubi certa sit reciproca linearis, & duratio fideicommissi inter omnes lineas usque ad ultimam; sed questio solum cadat super prælatione, vel pertinentia ob diversitatem sexus, vel cognationis, an scilicet ad effectum, ut intret transitus de linea ad lineam, requiratur omnimoda evacuatio illius lineæ, in quam bona contravèrsa ingreſſa sunt, & sic quod femine, vel cognati lineæ admittit præferantur masculis, vel agnatis lineæ admittende, juxta deducta difc. 34. & in aliis; & pariter intrat eadem distinctio, an censenda sit unica linea, vel potius plures ab initio constituta.

Quartus casus est, ubi testator concedat gravato facultatem prælegendi, & gratificandi inter plures de genere vocato, an teneatur gravatus servare æqualitatem inter lineas, adeo ut inæqualitas, & gratificatio cadat inter singulares personas cujuslibet lineæ, juxta questionem, de qua supra difc. 57. Et tunc pariter cadit eadem distinctio. An testator respexerit ad lineam propriam omnium æque complexivam, ut propterea dicatur unica, vel potius e converso respexerit ad primò vocatos, ut dicantur plures ex ibi deductis.

Omnes autem istas quatuor questiones, aliasque similes, quibus eadem congruat ratio, extraneas prorsus dicebam esse in casu præsentis controversiæ, adeo ut clarum videretur æquivocum ad rem applicare ea, que dictos casus, vel questiones percutiunt, cum ista questio super regulatione ordinis primogenituræ, rectè cadat inter plures descendentes ab eodem stipite, atque de unica, eademque linea ab initio constituta, postmodum verò in aliquo ex successoribus dividit, dum ita adesse dicitur comparative ad ultimum morientem, vel alterum, qui fuerit plurium linearum stipēs, divisio, seu discretio linearum, quamvis ea nunc adesse respectu testatoris, vel ordinatoris primogenituræ, five primi acquirētis; Quamvis etenim in fideicommissis, & primogeniis, vel in investituris feudalis, & emphyteuticis pacti, & providentiæ succedi dicitur fideicommissenti, vel primo acquirenti, non autem ultimo morienti; Attamen id procedit ad diversum effectum dependentiæ, vel independentiæ, ne scilicet successor agnoscat teneatur in auctorem ultimo morientem, ejusque facto obligari, seu autem ad effectum regulandi ordinem successionis; quoniam ad hunc effectum dicitur succedi ultimo morienti, cuius proximitas, que tamen à gravante pendet, non autem illa testatoris, attendenda venit; adeo ut si ordo successionis huius ultimi, sed necessarius independentis, atque in hoc versari videretur æquivocum non distinctum diversitatem effectuum, ob quam discretivè tam gravato, quam gravanti succedi dicitur.

Nimium etenim frequentes sunt casus, qui de facili in magno numero cumulari possunt per eos, qui patientes decisiones, & consilia revolvant, in quibus primogenitura, vel majoratus initiante in unica linea ab initio constituta, five illa sit fideicommissa, five gravati, eaque per diuturnum tempus in eadem unitate continuante, quia nempe ex quolibet successore non nisi unus superstes fuerit filius, deinde contingat pluralitas, & divisio, que propterea attendi debet; Atque inter quamplura exempla, considerabam illud celeberrimum, omniumque majus, quod occasionem dedit adeo petra tractandi, & involvendi istam materiam ordinis succedendi in primogenituris, & majoratibus, cum tam magna varietate opinionum adhærentiis, & affectionibus producta, & unde alii recentiores totum transcriperunt, successionis scilicet Regni Portugaliæ, quoniam Alphonsus Primus, qui reputatur omnium stipēs, tan-

quam foris primus acquirētis, & ordinator illius implicite primogenituræ, que in successione Regnorum, & Principatum adesse dicitur, unicam constituit lineam, que penes multos successores in eadem unitate continuavit usque ad Regem Emanuelum, qui ob plures filios, quos reliquit, constituit illas plures lineas, inter quas fuit contentio, ut patet ex tot, tantisque Doctoribus, qui de ista successione petra tractant, Idemque contingit in antiquiori magis famigerata questione inter patrum, & nepotem decisa per Bonifacium VIII. vel Clementem Quintum ad favorem Roberti I. ut supra in successione Regni Neapolitani, quoniam Rex Carolus I. unicam constituit lineam Caroli II. qui deinde duas constituit lineas Caroli primogeniti prædefuncti, & Roberti secundogeniti; Et tamen omnes concordant, quod juxta regulas successio debita fuisset nepoti ex primogenito vel prærogativa lineæ, nisi conditio temporum alia exegisset; Igitur non attenditur unitas à principio, si postea sequatur divisio, vel discretio, talisque est communis praxis nimium frequens, quando agatur de ordine, vel jure successorio, quidquid sit de jure administratorio in iis, in quibus requisita sit prudentia, ut distinguendo advertitur eod. difc. 1. & seqq.

Demum quoad tertium punctum voti Rote Romanæ seu Pamphili, & Seraphini eius Auditorum; Dicebam ab aliqua probabilitate alienam non esse impugnationem que per Scribentes pro Hieronymo assumpta fuit, adeo ut affueretur revivio, sperari possit recessus, eo modo, quo frequens praxis docet, commendabiliter quidem in hoc Tribunali ex rationibus ponderatis super hujusmodi recessibus difc. 32. in Rel. Cur. Et prout sequitur est in casu, de quo infra d. difc. seq. præſertim ob ponderationem, de qua supra, quod scilicet idem argumentum discretionis linearum, & an testator respexerit ad propriam, vel ad illas hæredis gravati vincit voti injussum; Verum quando etiam impugnatione neganda esset, adhuc tamen dictum votum compatibile remanet cum iuribus habentis prærogativa lineæ, in casu præsentis questionis, ob diversitatem effectus, dum ibi agebatur solum de jure honorifico, & prudentiali, pro quo desiderari solet major ætas per naturam ratione majoris prudentiæ, cum distributio facienda non sit ab ipso majori natu, sed à Magistratu, solumque testator demandavit ejus interventum ad hoc, ut tanquam verisimiliter bene informatus de descendentiis, & gradibus personarum propriæ familiæ, eos informare possit, quibusnam magis congruè distributo quod propriè congruit seniori, considerando in idem discretivè inter unum casum, & alterum resultantem ab observantia ut supra.

Idèquæ concludendo, improbabiles, parumque fundata videntur resolutio, adeo ut quando eam revertere contingat, quando adhuc non urgeat ultimum potentius motivum supra insinuatum regularum prudentialium, quibus urgentibus, inanis remanet opera Juristarum, recessus sperandi debeat, cum videatur res mali exempli, malæque introductionis, & tot inconvenientium productiva.

Non solum autem opportunum, sed imò necessarium videtur in hujusmodi questionibus reflectere ad superioris recessitiam historiam, super hujusmodi primogenitorum, & majoratum origine, & introductione, ut ita dignoscatur totum provenire non à regulis, & propositionibus juris communis, quod tunc ignotum erat, adeo ut clarus videatur error illorum, qui hanc materiam cum dictis regulis, vel propositionibus petra tractant, & regulant; Sed à consuetudine originaliter inducta super successione Regnorum, & Principatum, vel feudorum dignitatis, quorum ad instar postmodum idem inolevit usus in bonis privati indifferentiis, in quibus propterea cum eodem ordine successionis Regnorum, & Principatum, ac feudorum dignitatis procedendum venit, quoniam exemplum regulandum est ab exemplari, five copia ab originali, dictaque distinctio inter primogenituras, & majoratus in Italia, quodque in ista majoratus sint diversi ab illis Hispaniæ, verè fabulosa, & chimerica, five inepta censenda videntur, quoties agatur de jure successorio in bonis, eorumque fructione, quidquid sit de jure solum administratorio, & prudentiali, cum respectu ubique, & sic tam in Italia, quam in Hispania, alitque regionibus ex rationis identitate, idem pariformiter dicendum venit, reflectendo more animalium rationabilium, que ita distinguuntur ab irrationalibus, & brutis, ad rationes, & ad communem usum, non autem attendendo in sola litera, aliquorum Scriptorum ineptias, vel æquivoca, five ignorantia, five ex malitia proveniant, præſertim verò ubi agitur de Consistentibus, & de Collectoribus, quorum fides, vel

vel autoritas nulla est, juxta ponderationes, que circa autoritates Doctorum habentur difc. 35. de Judic. & in opus. Syll. & alibi.

BONONIEN. PRIMOGENITURÆ DE PODIIS,

P R O

ALEXANDRA CELESIA CUM

SEBASTIANO DEL GALLO.

Casus variè decisus per Rotam, & concordatus.

De eadem questione, eodemque casu, de quo supra, difc. 15. super ordine attendendo in primogenituris; Et an, & quando prærogativa lineæ vincat gradum, ut remotior proximiori præferri debeat.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series cum resolutionibus.
- 1 Quod discrepantia opinionum in Advocatis præjudicat causis.
- 3 De difficultate, que ex tunc habebatur in casu, de quo difc. 15.
- 4 Quomodo deferendum sit decisionibus, & de aliquibus inconvenientibus circa eos.
- 5 De differentiis inter casum præsentem, & illum, de quo d. difc. 15. & de circumstantiis reddentibus potiora jura unius in gradu equali.
- 6 An in formis carumque de descendentiis exclusis à gradibus antecessoribus subsistunt, & vocatis in subsidium continent idem ordo, vel discretio linearum.
- 7 Declaratur quando id procedat.
- 8 Quod non admittitur ordo retrogradus, sed femine lineæ admittit, & possidentis præferantur illis lineæ prægenitæ iam exclusæ.
- 8 De notabilibus effectibus, & differentiis, quas in eadem familia, vel genere produciunt primogenia, & majoratus.
- 10 In una, eademque familia possunt esse nobiles, & ignobiles.
- 11 Deratione, ob quam aliquando illi de linea secundogenitæ reputantur potiores illi de prima.
- 12 Quando fiat transitus ab una linea ad alteram, prima non evacuatur.
- 13 De distinctione, an sit unica linea omnium complexiva, vel sint plures lineæ contradiſtinctæ, & n. 19.
- 14 De schala elementari, & quando gradus vincat in linea.
- 15 De autoritatibus specialibus favore fororis superstitis minoris natu, contra nepotem ex sorore natu majori prædefunctæ.
- 16 Recensetur questio successionis Regni Portugaliæ ad rem.
- 17 Que sit ratio, usque in filius primogeniti prædefuncti excludat secundogenitum superstitem.
- 18 A quibus personis lineæ efformantur, earumque discretio est regulanda.
- 19 De eadem distinctione, de qua n. 13. unicatis, vel pluralitatis linearum.
- 20 De erroribus moralium redarguentium Advocatos tuentes causas injustas.
- 21 De beneficio representationis quando intret.
- 22 Quomodo procedat assumpsum attendi proximitatem testatoris.
- 23 Quod sit error regulare hanc materiam primogenitorum, & majoratum cum terminis, & regulis juris communis, & quare.
- 24 In dubio respondendum pro eo, & possessore.
- 25 An, & quando declaratio, vel gratificatio gravati sit deferendum.
- 26 Conclusio discursus.

D I S C. CCIII.

Postquam Joannes Cellesius obtinuit palatium, aliaque bona ad istam primogenituram pertinentia potius per deficientiam colligantium, articulo successionis adhuc indecisio remanente, juxta seriem, de qua supra difc. 15. his non contentus coram Priolo in locum Bichii interim defuncti subrogato, præsentionem excitavit restitutionis fructuum à die mortis litis, istaque occasione reasumpta disputatione super dicto indecisio articulo, me

tamen, incertum est ex quo accidenti non scribente, ideoque in d. difc. 15. neglectum fuit, sub die 14. Decemb. 1677. prodiit resolutio reis conventis favorabilis, ut scilicet successio potius Barbara, & Lauræ eorum auctricibus debita esset, ideoque fructus pro tempore eorum vitæ præstendi non possent, dictoque Joanne acquiescente decisioni desuper editæ, que est impressa dec. 297. p. 12. recentior. Idem ad aliquos annos prope desinitus per contractum donationis, agnoscendo Sebastianum filium primogenitum Mariæ fororis majoris natu prædefunctæ in dicta primogenitura successorem, ei refutationem fecit honorum, quorum possessionem propterea eo etiam vivente adeptus est; Sequuta verò ejusdem Joannis morte, Alexandra altera foror minor natu superstes prætendens, quod sibi tanquam gradu proximiori primogenitura debita esset, immisionem coram A. C. seu uno ex ejus Locumentibus petiit, & obtinuit, introductaque per appellationem causa in Rota coram Bourlemont, Sebastianus reus conventus, non immerito judicans, quod dicta ultima resolutio coram Priolo, que nimium operata fuit apud Judicem primæ instantiæ, nimium sibi præjudicialis esse quoque debet in Rota, ob styllum istius Tribunalis recentium, difc. 32. in Rel. Cur. & alibi; præsupponendi decisiones, illaque non revocandi, vel circumſcribendi incidenter, ac non nisi cum formali revisione, curavit reassumere dictam causam antiquam coram Rondinino in locum Prioli interim defuncti subrogato, atque obtinuit dubium, an standum esset, necne in decisio, non evocando ad causam Montecucculos, quorum favore proclerat, stante declaratione id agendi, non ad effectum prosecutionis illius Judicii super fructibus, sed ad effectum articuli principalis super ordine succedendi, istoque dubio proposito sub die 23. Januar. 1673. prodiit resolutio pro recessu à decisio, deindeque ad dies proposito dubio in altera causa currente cor. Bourlemont, an Alexandræ auctrici danda esset immisio, sub die 6. Februarii sequentis, affirmativa prodiit sibi favorabilis resolutio, ob diversitatem rumorum resultantem à diversitate Pontentium juxta styllum Tribunalis recentium eod. discursus. Ista verior posterior resolutio magnam causavit confusionem in eodem Tribunali, ac etiam extra, quasi quod in eodem individuo casu, & articulo, duæ prodissent invicem pugnant resolutiones, quarum proinde unam fati oporteret improbabilem, idque potissima fuit causa præjudicii auctricis, quoniam reposita causa antiqua coram Rondinino sub die 16. Januar. 1675. perfluit fuit in decisio, eademque die reposita altera causa currente coram Bourlemont, recessum fuit à priori resolutione, adeo ut in utraque decisione cum eisdem motivis, & fundamentis procedi videatur, atque in hoc statu causa pendet.

In ista igitur causa sequuntur est id, quod in infirmis frequentis praxis docet, quod ob discordantiam opinionum Medicorum, infirmus moritur, vel grave patitur præjudicium, dum ab initio ex malo cause fato, habita est cissura inter Advocatos, & defensores; Aliqui enim quorum votum prævaluit, utpotè pro majori parte fuerunt in sensu, quod assumi formiter, totisque viribus deberet opus subſtituendi dictam resolutionem cor. Priolo, quasi quod ab illa dependeret resolutio cause currentis in alio turno cor. Bourlemont; Ego verò diversam habebam opinionem, ut principaliter insisteri deberet in ostendendo, quod ob diversitatem casus, questio disputata in dicta alia causa, nullam haberet connexionem cum nostrâ; quodque ubi etiam dicta antiqua decisio revocaretur, vel illi cederent, non exinde ad punctum controversie inferri poterat; Ad id motus ex magna difficultate, quam circa prædictam decisionem habebam, ita providendo id, quod eventus, quod scilicet nobis admittentibus, quod dicta decisio ad rem nostram faceret, ejus revocatio præjudicaret.

Quamvis etenim in d. difc. 15. ut ex ejus contextu patet, esset indeterminate referendo solum fundamenta hinc inde deducta super puncto indecisio; Attamen ut modis discurrendi ostendit, ex tunc habebam difficultatem, quam etiam de tempore illarum disputationum habebant alii Scribentes pro eadem parte, pro qua ego scribebam; ideoque magis prævidi, quod illa decisio non esset de facili substituibilis, utpotè revera prodita potius ex quadam equitate regulata ex facti circumstantiis, & præsertim pro moderatione rigoris legalis adhibiti super puncto resolutionis concordatæ, ita decidendo articulum principalem, ex eo quod ob mortem colligantium sine prole, nullum exinde pareretur alteri præjudicium, nisi in dictis fructibus decursis, quos ex aliis motivis indebitos esse visum est.

Atque



Atque hinc docemur id, quod in *disc. 35. de Judic.* & alibi advertitur super modo deferendi decisionibus, & doctrinis, quod scilicet procedendum non est more eorum in sola litera, sed principaliter reflectendum ad circumstantias, super quibus decisio proderit, illas bene combinando cum casu, qui applicari praeferantur; Prout etiam exinde comprobatur monitum, de quo *d. disc. 32. in Relat. Cur.* quam scilicet circumspicere procedi debeat in extensione decisionum, quoniam saepius resolutiones sunt iustae, beneque fundatae principaliter ex circumstantiis particularibus illius casus, sed in extensione decisionum, ad istas iustificandas, neglectis veris motivis facti, adici solent minus solidae conclusiones cum aliquo non modico iustitiae praeposito, in aliis causis, in quibus eadem decisiones de iudicantur, magis apud alios Iudices, & quandoque in ipsomet Tribunali faciunt impressionem, & auctoritatem.

Fundam itaque meam opinionem in magna, imò in omnimoda diverte unius, ac alterius casus, quodque propterea possent bene simul stare, quod in dicta prima causa potiora essent iura dicti Joannis, quamvis remotioris, quam Barbara, & Laura; ob praerogativam lineae primogeniturae, quae vinceret gradum; & tamen quod in ista causa potiora essent iura Alexandri adriacensis habentis praerogativam gradus, eo quia non intraret altera praerogativa lineae, cum omnes aequaliter essent de eadem linea Christophori primogeniti debitoris, ut infra.

In dicto siquidem priori casu, aperta successione per mortem alterius Joannis filii Christophori primogeniti, in quem primogenitura ingressa erat, quaesio cadebat inter dictum Joannem juniorem de eadem linea primogenita dicti Christophori, utpote eius pronepote, et filia, & Barbaram filiam Camilli tertio geniti, qui nunquam primogenituram obtinuerat; ideoque tria infimul concurrere in Joanne, ex quorum singulis potioritatem probabilis praetendere poterat, multò magis eis infimul junctis; Primò nempe ob praerogativam lineae primogenitae, quae sola ubi etiam agatur de novo ingressa vel bona nunquam obtrahit, ex veriori, magisque recepta sententia in primogenituris sufficit, dubitandi ratione (quamvis pro meo iudicio improbabili) cadente in majoribus Italiae, juxta deducta superius *disc. 1. & seq. & d. disc. praed.*

Secundò fortius, quia Joannes non contendeat de novo ingressus, novaque acquisitione ejus, quod nunquam in ipsius linea fuerit, ut contendeat Barbara, sed de continuatione, & conservatione juris in ejus linea ingressi, & quaesiti; Ideoque magna differentia inter unum casum, & alterum dignoscitur, ut habetur *d. disc. 1. & d. disc. 34.* & in aliis pluribus.

Et tertio, quod regulando proximitatem à persona dicti Joannis Senioris gravati, quam pro regula hodie receptissimam est attendi debere; Quamvis ambo contententes essent in eodem quarto gradu civili, Atamen duae concurrerant circumstantiae, seu praerogativae, quae conditionem dicti Joannis longè potiorem reddebant; Primò nempe illa sexus, quae in gradus aequalitate praevalet, ubi etiam altera aequalitas lineae verificetur, juxta schalam elementarem, de qua infra; potissimè in hac facti specie, quod ob hanc renovationem agnationis, & familiae, in magna consideratione ad iura eorum Italiae habendus venit sexus, ut motivando advertitur *disc. 15.* Et secundò, quia etiam in transverfalibus ad aliquos effectus magis privilegiata, melioris conditionis reputatur conjunctio ex parte inferiori, & tanquam ex proprio stipite, & colonello, quam ex parte superioris, qui supponit diversum colonellum; Utpote, quod attentò jure communi, in linea inferiori intrat representatio nepotis in locum fratris, & tamen non intrat representatio in linea superiori patris, ut advertitur in sua sede *sub tit. de success. ab intestat.* Ac etiam habemus magis in successione feudorum, praesertim in Regno Neapolitano circa extensionem ad quartum gradum, cum similibus.

Et quamvis alii defensores, qui per diversam viam, ut supra ambulabant, istumque punctum sustinere voluerunt cum prolixiori stylo, majorique improbo humerorum labore super magno allegationum cumulo, nihil tamen de novo promovendo, sed in substantia aliud non agendo, nisi colere id, quod habebatur antea me infirmatum *eodem disc. 15.* reasumendo antiquas positiones in eo motivo infisterent, quod jam terminatus esset primus gradus vocationis in lineis masculinis, ad quas ille restrictus erat, aliique erant caducati, femina vero, vel earum descendentes, utpote à dicto primo gradu extraneae venirent nunc ex inte-

gro sub ultimo gradu, vel genere proximiorum, abique aliqua ratione dictarum linearum antecedentium habendam ac si nunquam fuissent, & per consequens, quod omnibus venientibus ex nunc coequali jure inter eos potioritas gradus attendi deberet tamquam ex unico, eodemque genere ex iis, quae aliis relatis latius, magisque ex professo super hoc speciali puncto deducuntur per Modern. Hieron. Molin. in *compil. aliquarum veritatum juris, vers. 6. ex 17. ad 32.* ubi reasumuntur, Robelin *tract. de present. & anti*

Atamen mihi videbatur, quod in hoc pro consuetudine aequivoceatur in applicatione, cum id procedat in uno ex duobus casibus; Vel scilicet quando omnino defectis, ac evacuatis lineis; Vel scilicet quando specialiter vocatis, & contentis, agatur de generica vocatione aliorum proximiorum, & conjunctorum ex lineis, & generibus diversis, qualis est proprie casus, quem supponit Molin. *d. vers. 6.* quod scilicet lineae Titii, & Sempronii transverfalium essent omnino evacuatæ, ac propterea ageretur de vocatione aliorum propinquorum, qui essent de lineis, ac generibus omnino diversis; Vel quando ille persona, quae verè, ac naturaliter de eadem linea, vel eodem genere existens, sunt neglecta, ac reputata extraneae ob qualitatem sexus, vel cognationis in concursu agnatorum diversae lineae, vel sexus, jam de facto remanserint extraneae à successione, quia nempe successio ob defectum masculinorum lineae primogeniturae ingressa sit aliam masculinam lineam secundo, vel ultro, genitam, quoniam tunc femina, & cognati habentur pro extraneis à prima linea, dum ab illa jam bona exierunt, atque transierunt ad alteram masculinam quae deficient, tunc potius continuationem in eadem pretendere possunt feminae, vel cognati de ista secunda admittit, & possident, quam illi de prima jam effecta extraneae, & remota, ne dicitur gradus retrogradus, regulariter non admittuntur in concursu successione, ut pluribus *hoc cod. tit. ult. advertitur*, sed quando antecedenter defectis aliis lineis masculinis praedilectis, contingat, quod ea quae primo loco vocata est, ultimo deficiat, tunc prosumus improbabile videtur, ut in aequali concursu ejusdem minus qualificati, minusque dilecti generis subsidiarie vocati, sperni debeat illud genus, quod est magis proximatum, atque est pars, & membrum lineae, vel generis praedilecti, ac admittit, atque potioris conditionis esse alterum genus magis remotum, minusque dilectum, ob solam accidentalem qualitatem majoris proximitatis graduum.

Ea quoque accedente ratione, quam tam ipse naturalis discursus, quam communis usus decessit, quod scilicet in illis familiis, vel generibus, aut domibus in quibus primogeniorum, vel majoratum usus viget, magna quidem, ac exorbitans dignoscitur statuum differentia inter illos de eodem sanguine, eademque familia, vel descendente ab eodem stipite, quorum alias aequalis conditio, aequalis fortuna esse deberent, dum in dies certimus, quod illi de linea, vel ramo primogeniti figuram faciunt Principum, vel Magnatum, aut nobilium qualificatorum primae classis; illi vero de lineis, vel ramis secundogenitis, illam privatorum nobilium, vel civium, & quandoque etiam popularium, adeo ut illi de prima dedignerent eos agnoscere in propinquos, & aequales, vel cum eis matrimonium contrahere, quinimò vix eos in famulos, & clientes recipiant, idque non solum in masculis agnatis, sed etiam in feminis, & cognatis proximis, ob magis qualificatam matrimoniam, quae ita à feminis, vel respectivè masculis contrahuntur. Indeque manat assumptum, de quo *disc. 32. de praesent. disc. 50. de def. comm. & disc. 31. de jur. par. & alibi*, quod in una eademque familia, de cujus identitate, ac dependentia ab eodem stipite non dubitetur, adesse possunt nobilitas, & ignobilitas, vel aliae hujusmodi diversitates, quae à divitiis, & dignitatibus manant; Et per consequens quando una linea, vel domus ob majoratum, vel primogenituræ possessionem constituta est in statu, vel sphaera Principum, seu Magnatum, aut nobilium qualificatorum, atque primarii, seu alias conspici ordinis comparativè, & cum sua proportione ad alias lineas, & domos secundogenitas, ita minus provisus, tunc donec illa in totum evacuetur, ac terminet, congruum, ac rationabile non est, ut ab ea tollantur bona, & in alteram transferantur cum ea accepta, & irratiōabili salvaratione, quae consideratur per eos, qui in sola litera aliarum doctrinarum absque aliquo discursu, vel ratiocinio more pecudum ambulat; Atque ita sequitur, quod feminae, vel cognati, lineae secundo, vel ultro genitae esse dicantur melioris conditionis, quam feminae, vel cognati lineae primogenitae, & praedilectae, non quia secunda anteponatur primae, eas

ita de se considerando per prius, & per posterius juxta ordinem naturae, seu vocationis, sed quia secunda masculina, in qua ob defectum primam masculinam ingressa est, ac stetit primogenitura, effecta est prima, & caput totius generis, vel parentela, prima verò habetur pro extincta, & annihilata adhuc effectum; Et per consequens illa feminae, vel cognati dicuntur nobiliores, qui sunt de linea aequaliter magis nobili, magisque qualificata ob possessionem primogenituræ, vel majoratum, atque referendum est fortunae bonae feminarum secundae lineae, quod eis extantibus defecerunt alii masculi, ad quos eadem primogenitura transire facere deberet, eorumque male referantur feminae, vel cognati primae lineae, quod in eis casus non contigerit; ideoque magna est vis, ac ratio continuationis potius quam primi ingressus, ob regulam, ut bona semel in unam lineam ingressa, ab ea non egrediantur, nisi ea totaliter evacuata.

Eatenus enim non expectata omnimoda evacuatione utriusque lineae masculinae, ac femininae, admittitur iste transitus, feminina neglecta, quatenus ita juxta Italiae praesertim antiquos, & continuatos mores suadeat ratio agnationis, & conservationis familiarium; secus autem quando ista ratio cessante, dandus esset iste transitus à feminis, vel cognatis lineae praedilectae, & jam admittit ad feminas, vel cognatos alterius novae lineae minus dilectae, cum id videatur absurdum prosumus irratiōabile.

Hæc autem omnia, que in dicta alia causa assistebant Joanni, atque resistebat Barbaræ, cessare dicebam in hac alia causa inter Alexandram, & Sebastianum, quoniam inter eos non cadebat discretio linearum, dum omnes erant pariformiter de eadem linea primogenita Christophori, ac propterea dum equaliter habebant praerogativam lineae, retinendo eundem ordinem schalae elementaris infirmatæ, *d. disc. 15. in prim. ubi praesertim allegatur dec. Siciliae, edita in casu, de quo disc. 13. de feud. & impress. eod. lib. 1. de feud. post disc. 103.* & ex qua me indicata Scribentes in contrarium nil de proprio deducendo, totum adamusum desumpserunt, ut etiam ostendunt causae decisiones, adeo ut ego fuerim eorum motivorum indicator, eadem schala ita se habet, ut primum, ac potissimum locum occupet linea, in linea gradus, in gradu sexus, & in sexu etas; Ergo praesupponitur calus concursus plurium personarum eisdem linea inaequalis gradus, inter quas, concurrente coequali jure, seu praerogativa lineae vincat proximitas gradus.

Atque ad id probandum, quo praesertim deducebam, Primò nempe auctoritate speciale, Bald. in *Auth. cessante, C. de legit. hered. num. fin. & conf. 275. num. 6. lib. 2.* quam sequuntur alii relati per Ursin. *de feud. p. 2. qu. 4. art. 3.* ubi ponit casum in puncto concursus fororis superstitis natu minoris, & nepotis ex altera forore natu majoris praedilectae, & conclusit *ex num. 1. ad 17.* pro forore; Eatenus tamen *ex d. num. 17. cum leg. dicit contrarium esse verius in successione feudorum illius Regni, de quibus agit, quatenus ita ex ejus legibus, vel consuetudinibus statutum, & receptum sit.*

Et secundò de facto in celebri casu enunciato quoque supra, *disc. 201.* qui ut ibi advertitur, produxit adeo magnam hujus materiae involuentionem, successione scilicet Regni Portugalliae, in qua utraque quaesio cadebat, una nempe inter personas diversarum linearum, quarum aliquae habebant praerogativam lineae, aliae verò illam gradus, vel sexus, juxta notarium arborem; ideoque intrabat quaesio antiqua, de qua supra, & in *decisionibus Prioli, & Randinini*; Et altera erat ad rem inter personas ejusdem lineae, seu colonelli, juxta nostrum casum praecium, nempe inter Catharinam fororem natu minoris Ducissam Bragançae superstitem, & Ranutum Ducem Parme, & Placentiae filium Mariae fororis natu majoris praedilectae; Quiddid autem sit circa jus illius, qui habebat praerogativam lineae, ac etiam quiddid sit inter istos ultimos ejusdem lineae in puncto juris, ejusque veritate atenta, super quibus, nec possum, neque debeo, neque volo aliquid asserere, meumque proferre sensum ex rationibus insinuat, *disc. 146. de Dot. num. 16. & alibi*, sed referendo id, quod eventus, & praxis docent de facto, sive ex iudicio Republicae, & popolorum, successione obtinuit, & actu obijt Catharina foror natu minor, sui ejus posteritas, excluso nepote ex forore natu majori praedilectae.

Et quidem in celebri quaesione inter nepotem, & patruum, de qua apud Oldrad. *conf. 244.* cum aliis relatis supra, *disc. 1. & 201. & disc. 12. de feud.* atque in enunciata *dec. Siciliae*, in eo casu prodita, potissima ratio, quae assistit

nepotem primogenito praedefuncto in exclusionem secundogeniti superstitis ejus patris, ea est quod praedefunctus fuit in statu primogeniti Regis, vel Principis, sui magnatis, & feudatarii, vel alterius possessoris primogeniturae, in qua obtinuit quoddam jus saltem honorificum, quod scilicet juxta actuali possessione saltem honorifica, quod scilicet juxta caeremonialis in genere, forte ubique uniformes, quamvis actuali possessione saltem honorifica, quod scilicet juxta caeremonialis, sit proximè successurus, quibus non potiturum alii ejus fratres, ac propterea fit contingat eum praecedere superstiti filio, ad istum transmittit hoc jus primogeniturae in se proxima jam obtentum; Idque iudicatur communit iudicio magis rationabile, quando in transmissario verificetur eadem qualitas sexus, & multò magis ubi qualitas ejus sit melior, puta à femina primogenita praemortuente in ejus filium masculinum, cum exorbitantia verè magna, & irratiōabilis consistat in casu, de quo supra *disc. 13. de feud.* quod ista praerogativa transmittatur à masculo primogenito praemortuente in filium primogenitam superstitem in exclusionem filii masculi secundogeniti; Et sic quod concursus fit inter eos, qui dicantur de lineis prima, & secundogenita possessoris primogeniturae, qui dictas lineas constituit, qualis proprie est casus, *d. dec. Siciliae*, quam propterea extraneam dicebam à praesenti controversia, maleque applicari ad rem, ac etiam sunt alii casus, de quibus agunt Oldrad. ubi supra, & caeteri.

Id autem nullo pacto verificari advertebam in praesenti controversia; quoniam de Joanne ultimo defuncto, & possessore nulla penitus ratio in hoc proposito discretione linearum habenda videbatur, dum ipse nullam suscepit prolem, in qua hæc discretio linearum cadit, juxta deducta, *disc. 13. de Emphyt. & alibi*; dum frater non generat forores, neque earum lineas constituit; Minusque dicta ratio cadit in Victoria communi matre, & cujus respectu verificaretur dicta discretio linearum, dum ipsa nunquam possedit primogenituram, à qua extranea penitus fuit; Et per consequens nunquam Catharina Mater Sebastiani fuit in dicto statu, quem praemortuus ad ejus filium transmittere poterit.

Et quamvis ista consideratio unicitati, vel pluralitati linearum ad rem improbetur potius supra, *d. disc. 201.* ubi plures distinguuntur casus, Atamen id ibi consideratur ad effectum, ut non tollatur continuatio, & progressus majorum de Patre in filium contra salvarationem omnino irratiōabilem in jure successorio, quiddid sit in administratorio, secus autem dum omnes veniunt jure novo, & ad novum ingressum, ut ibidem, ac etiam *disc. 1. in d. distinguendo* advertitur.

Iste itaque considerationes, reflectendo etiam ad veritatem, magnam apud me faciebant impressionem, quamvis adhuc non talem, ut me traheret ad efformandum certum, ac maturum iudicium pro hac parte, ob alias considerationes urgentes in contrarium, quae tamen eandem vim neque huc usque habuerunt, ac propterea remanere anceps, & indeterminatus, fatendo, quod praesens causa meam superavit capacitem.

Exindeque tam in ista, quam in aliis proximis supra, & infra in hac involuta materia primogenitorum, & majoratum, torque similibus adeò involutis causis, de quibus ferè sub omnibus materiis, repeto apud Morales eandem petitionem, de qua supra *hoc tit. disc. 179.* qualis nam dicatur illa opinio magis probabilis, quam Advocati, & Judices sequi debent, ut ita agnoscat quam clare sint eorum simplicitates, ac ineptiae, quando in iis, quae sunt iuris, de Advocatis tuentibus causas injustas obloquuntur, ne scientes quid dicant, quoties iniustitia non proveniat ex facto certo, & invariabili, juxta distinctionem, de qua *disc. 46. in relat. Cur. & alibi*.

In contrarium siquidem urgere videtur consideratio, quod regulando ordinem successione à persona dicti Joannis ultimi possessoris, ut regulari debere advertitur in *disc. 201. & alibi*, coequalis jus habebat Catharina, & Alexandra, inter quas primum locum occupabat Catharina; adeo ut si in ejus intestata successione adessent jura individua, in illis sola Catharina, tamquam natu major excluda Alexandra succedere debuisset, ex deductis supra *disc. 183. n. 4. & alibi*; ideoque habuit jus transmissivum ad filium, qui etiam in eadem intestata successione avunculi, idem coequalis jus habere dicitur beneficio representationis, ob quod succedendo in locum Matris, ita in successione individua, & singulari eandem obtinere debebat praerogativam.

Et



Et quamvis adversus hoc beneficium representationis, vel transmissiois urgeat, quod Testator vocavit proximioribus sibi, & per consequens, quod ab eius persona, non autem ab illa ultimi gravati regulari debeat proximitas, & ordo successiois, quo postea resultat exclusio representationis, qua non datur ultra secundum gradum, attentis terminis juris communis, neglectis propterea in hoc puncto omnibus auctoritatibus Hispanorum, utpote loquentium, juxta illas leges particulares concedentes representationem in infinitum etiam in transverfalibus, ut plenè advertitur in prima decisione coram Bourlemont, in qua referuntur auctoritates, quæ desuper ex hac parte cumulabantur.

Attamen duo mihi inferbant difficultatem; Primò nempe, quod illa verba denotantia proximitatem propriam Testatoris adjecta videbantur ad majorem declarationem ejus, quod est de jure, ut scilicet proximitas gravati reguletur à persona, seu latere gravantis, ne aliàs major proximitas diversi lateris ab eo extranea vinceret, ut advertitur supra, *disc. 6. & disc. 12. & in aliis*; potissimè dum idem Testator prolestat est velle semper servari prærogativam lineæ gradus, & sexus, juxta verba ponderata quoque *d. disc. 15.*

Et secundo, quod juxta hujusmodi primogenitorum, & majoratum historiam recensitam, *d. disc. 201. & alibi*; id introductum fuit ex quadam consuetudine originaliter in successioibus Regnorum, & Principatum, à quibus ad instar transitum fecit ad privatos in bonis indifferenibus, istaque consuetudo dici meretur anteriori Juri civili Romano, quod restringit representationem in linea collateralis ad solos filios fratrum, dum ejus inventio, & usus est posterior; Ideoque error videtur cum jure communi istam materiam regulare, ut ibi latius advertitur.

Magnam quoque apud me vim faciebat, quod Sebastianus haberet ad sui favorem dictam declarationem, & agnitionem factam per Joannem gravatum, quodque esset reus, & possessor ex duplici ratione; Primò nempe, quod cum ex præmissis hinc inde ambiguum nimium sit cuiusnam successio magis debita sit, ita verificetur axioma, ut in dubio pro Reo, & possessor sit respondendum, cum ei sufficit vincere fugiendo pro non jus Actoris, ex deductis *disc. 4. & 23. de jadic. & passim*, cum sit axioma nimis vulgare, ac receptum.

Et secundo, quod licet ille, qui fideicommissio gravatus est, non possit intra genus vocatum gratificari, atque successiois ordinem à lege, vel ab homine præsumitur interverti, juxta superius deducta in terminis primogenituræ, *disc. 25. & generaliter, disc. 55. cum duobus sequentibus*; Attamen quando iste ordo fit adèo dubius, & incertus, congruum, ac rationale videtur, ut deferendum sit iudicio morientis, qui restitutionem facere debet, quodque magis sit, quam Judices pro eorum libito, & affectione, & quandoque forè pro fordes, istam exerceant gratificationem, dum in effectu ipse gravatus, & possessor est verus Dominus, eique succedi dicitur ex illa necessitate, quæ neque est intrinseca, & connaturalis; sed accidentalis ob eam necessitatem, quam Augusto inducere visum est, juxta considerationes, de quibus præsertim, *disc. 57. ad rem facientes*; Atque juxta alias rationes, quas deducere solent Scriptores super superius insinuata adèo famigerata decisione Pontificia ad favorem Regis Roberti filii secundogeniti contra nepotem ex filio primogenito Caroli secundi in successione Regni Neapolitani, quoniam retenta opinione magis communi, quod ea decisio fuerit Bonif. VIII. adeo ut gesta Avenione, mediante opera Bartholomæi de Capua, qui exinde ex testimonio Bartholi evasit magnus Comes Altaville sub Clem. V. concernant confirmationem, & executionem dictæ decisionis, ita sequitur per necessè, quod id sequum sit volente, & petente Carolo Patre, dum hic per plures annos supervixit Bonifacio ita nimium differenti paterno iudicio, quod tamen non erat liberum, cum successioibus debita esset successio jure proprio tam ex natura investituræ feudalis, quam ex frequentiori, magisque connaturali natura Regnorum, & Principatum à consuetudine introducta, dum ipse non erat primus acquirens, cum similibus exemplis, quæ revolvendo historias, deduci possent.

Ex his itaque, ac aliis, quæ in decisionibus hinc inde in causa proditis recensentur, utpote contentibus ea, quæ per utriusque partis Advocatos, & defensores deducebantur, liquet ambiguum esse, ac obscuram veritatem, adeo ut non teneat ancipitem in efformando super ea certum, & maturum iudicium, in isto tamen statu potius in hac posteriori parte Reo, & possessori favorabilem, juxta ultimam

resolutionem potius inclinarem, adhuc tamen reservo maturius cogitandum. Atque ob hanc perplexitatem judicabam causam honestè concordia dignam, ut me, & aliis consulentibus, laudabiliter sequatur fuit.

EADEM ROMANA PRIMOGENTURÆ DE CÆSARINIS,

I N T E R

E A S D E M P A R T E S de quibus supra.

An, & quando mutatio status præjudicialis, & incompatibilis, suffragetur naturaliter primogenito in præjudicium secundogeniti, qui ob ejus incapacitatem à dicto statu resultantem erat primogenitus civilis.

Et incidenter de renunciazione facta intuitu ingressus in Monasterium, vel assumptionis status incompatibilis, an cesset, & resolvatur per illius status immutationem.

S U M M A R I U M.

1. Falli series.
2. Renunciatio facta intuitu ingressus in religionem resolvitur per egressum.
3. De aliis impugnationibus renunciationis.
4. Renunciatio facta ex pluribus causis per cessationem unius non resolvitur.
5. Respondetur aliis impugnationibus, & de quibus n. 3.
6. Declaratur conclusio, de qua n. 4.
7. Quomodo in hac materia procedi debeat super puncto, an cessante una causa, alia subsistant actum.
8. Cessante causa ingressus, alia cause subsistant defectibus profanis.
9. Quales defectus in facti specie concurrerent.
10. Distinguntur plures casus, in quibus cadat questio, an quando renunciatio facta intuitu ingressus resolvatur necne.
11. De renunciazione attendenda, & præjudicante non in ratione renunciationis, sed in ratione declarationis animi.
12. An successio feudorum, vel primogenituræ laicalis obstat Clericatus in minoribus, vel alteri status incompatibilis, sed retrahit ab illis, qui dimittatur.
13. De dec. 115. Capic. factis proxima ad casum.
14. Immutatio status est species reviviscens a morte, ac novæ naturalitatis non apta ad præjudicandum illi, cui situs questus.
15. Considerabile est præjudicium tertii.
16. Ad materiam Text. in post mortem super preventiva restitutione, vel restitutione.
17. Non est immorandum in formalitate verborum, sed in substantia voluntatis, ideoque attenditur id, per quod magis, & pinguis impletur voluntas, licet resistant verba.
18. Deratione, ob quam preventiva destinatio successoris iuste facta fuit.
19. De motibus probantibus bonam fidem.
20. Et considerantur absurda, & inconvenientia cum exemplis.
21. Etiam ex actu nullo declaratur animus, & intentio.
22. An, & quando sit excusable inobedientia præcepti nubendo cum certo genere personarum ob restrictam libertatem matrimonii.
23. An paupertas viri causet inegalitatem, que excuset.
24. An, & quando filii Matris, qua renunciationem fecit, ea non obstante, aspirare possint ad renunciatam successioem.

D I S C. CCIV.

Retenta facti serie, de qua supra *disc. 201.* quatenus pertinet ad quartum, & ultimum ibi distinctum punctum negotii principalis pertinentie successiois in primogenitura, super quo contentio erat solum inter Liviam, & Clericum forores, earumque respectivè filios, dum Dux Philippus erat solum in causam istam, que concernit primos duos punctos, de quibus supra, cum verba primo-

primogenituræ essent clara, & literalia ad favorem Livie Actricis, quæ utramque habeat qualiter, quod scilicet esset primogenita, ac etiam nupta viro quatuor familiarum, hinc Scribentes pro Actoribus opinando, quod unica exceptio, cum qua eos excludi præterderetur, consistit in renunciazione, pro qua evitanda insisterant in eo quod cum facta esset intuitu, & contemplatione ingressus in Monasterium, per egressum tanquam ex cessante causa, resoluta esset, ex iis, quæ antiquioribus relatè habentur apud Dottiglier *de success. ibidem. 63. num. 12. & segg. de Marin. resol. 193. num. 2. lib. 1. Tori. de pact. futur. success. lib. 2. c. 25. num. 10. Bich. dec. 52. n. 18. & segg. Duno. dec. 951. numer. 5. & segg. & sequus*, quodque etiam esset invalida tanquam enormiter lesiva, dum absque congrua recompensa renunciabatur ad eam magnam successiois, potissimè ob non servatam formam *Status Urbis* in contractibus Minorum, & Mulierum, atque in omnem eventum, quando ipsi Livie renuncianti præjudicaret, non exinde præjudicare deberet ejus filii, & præsertim primogenito jam procreato venienti ex propria persona, ex regula, de qua *d. tit. de renunc. disc. 15.* ut renunciatio Matris non excludat filios, ex propria persona venientes.

Econverso Scribentes pro hac parte eandem habentes opinionem, quod ad renunciationem jus Clericæ restringeretur; Quatenus pertinet ad primam propositionem super resolutione renunciationis per egressum à Monasterio tanquam ex cessante causa, non negant conclusionem, utpote veram, de qua habetur *disc. 17. de renunc.* ubi descenditur ad casum in quo renunciationis factæ intuitu ingressus in consilium Conservatorum, ex quo liberum est egredi; Dicebant tamen id procedere, quando ista causa esset unica, & finalis, secus autem quando expressè fuerunt plures cause, quoniam tunc omnes dicuntur impulsivæ, nulla vero finalis, ideoque una cessante, non cessat actus, ex deductis apud Merlin. *dec. 229. numer. 15. & 392. n. 2. Orthob. dec. 10. n. 25. & segg. & dec. 99. numer. 2. dec. 222. numer. 8. & 9. par. 12. rec. & sequus*; Et hic erat casus, dum in renunciazione, cum amplissimis verbis, & clausulis, nimique cautela conceptæ expressè dictum renunciationem fieri, nedum ob illam ingressum, fed etiam ob dilectionem erga patrem, ac intuitu, & contemplatione agnationis, & conservationis primogenituræ, alisque de causis, cum expressioe, ut nulla cesseret finalis, sed omnes essent impulsivæ.

Ad objectum verò lesionis, & solemnitatum statuti respondebatur, quod cum iugeretur de jure querendo eventualiter, quod poterat non evenire, adeo ut id diminueret de proprio patrimonio, non intraret termini lesionis; minusque requiratur solemnitas statutaria in hujusmodi renunciationibus, quæ sunt quædam ingressus in Monasterium, ex iis quæ habentur *sub tit. de renunc. disc. 13.*

Reflectendo autem ad veritatem, dictæ renunciationis non placebat, ideoque ubi ad hoc motum renunciationis, non considerando de perse, nostra defensione restringeretur, tam potius nimium timendum fore dicebamus, in congressibus, quoniam, licet verum sit dictum assumptum, ubi causa renuncians non est unica, sed fuit plures; Attamen id procedit, quando facti qualitas est talis, quod patet actum æque principaliter sequum esse ex qualibet ex causis expressis, dempta etiam illa dicti ingressus, adeo ut quando ad istum ille, qui renunciat, cogitasset, adhuc tamen istam fecisset; Id autem in prædicti dicit non poterat, quoniam nisi ista puella habuisset in animo ingredi Monasterium, sive Conservatorium, ibique perpetuam virginitatem, tamquam Monialis, vel saltem tamquam Oblata in figura Monialis, cum mutatione nominis, habitus, & vitæ, profectus, juxta deducta dicto *disc. 66. de regul.* Sed cogitasset, tamquam vivere in seculo, viro ducere, ac filios procreare, debere vivere ob deficientem lineam masculinam, tamquam primogenituræ successio in adèo magna primogenitura, ejusque posteritate aperenda esset, utique non fecisset hanc renunciationem, quam id fecit, quia ubi tamen eam prudenter istam, & doctoriam juxta nostrum inepias ad sensum verborum instrumenti supponere debeamus, ita rectè sciebat, quod ex lege primogenitura ille status, quem elegerat incapacitatem successiois producebat, ideoque ita renunciatum, id quod obtinere non poterat, coque proposito retento, ac rebus in eo statu permanentibus, prout quilibet actus factus censetur, juxta vulgarem sæpius insinuatam axioma quod quilibet dispositio censetur facta rebus in eo statu permanentibus; Alia vero cause, ut præmissum est, referenda potius veniant formulario Notarii, vel consilio

alicujus Sapientis, qui Minutam de more ordinaverit, vel reviderit, absque eo, quod puella in tenera ætate constituta in Monasterio sub archa educatione reclusa, id sciret, ac adverteret, cum solum cogitata censetur causa principalis assumptionis hujus diversi status, ut quemque communis usus, ipseque naturalis discursus clarè, atque ad sensum docet; Potissimè, ut advertitur *disc. præc.* ubi agitur de instrumentum lingua latina concepto, quom contrahens non calleat, & alibi advertitur pluries, etiam ipsæ, qui eam bene calleant, quinimò tot versati J. C. reflectentes solum ad substantiam actus primario, ac principaliter habiti intentione ad alia verba, & clausulas non advertunt; Et fortius quia ut plurimum Notarii rogari solent super actu cum simpliciter brevituræ, seu bastardello brevibus verbis concepto, deinde domi in protocollo extendere instrumenta bene clausulata, & cautelata, juxta formularium, vel sapientis consilium; Et quando etiam ante rogatum minuta sit bene extensa, adhuc actus rogatus explicari solet in compendio, cum brevibus verbis contentibus substantiam contractus.

Et per consequens in hujusmodi questionibus, quæ facti, & voluntatis potius, quam Juri dicenda sunt, quando Pragmatica adèo immorantur in rigore litteræ, ac in formalitate verborum, & clausularum, cum subtilibus interpretationibus, & significationibus, verè magis irritio digni censendi veniunt, atque verificatur idem Concivis Poetæ Liricorum Principis pluries insinuatum dictum, ut blem, ac risum apud senatos eodem tempore promovant, cum revera tam in iudicando, quam in consulendo, utpote in questione voluntatis, istius substantia ex facti qualitate, & circumstantiis, præsertim verò verè verisimilis, vel inverisimilis, quod in ambiguis voluntatis questionibus nostrum occupat, desumenda est.

Præterea advertendum, quando etiam nostrum assumptum admittendum esset, ut scilicet ad sensum verborum alia cause expressè censenda venirent, æque principales, & æque impulsivæ, adeo ut una earum cessante non per hoc cesset, vel resolvatur actus, adhuc evitanda Caribam incidere tur in Scillam, quoniam sub lata de medio causa ingressus in Religionem, vel Monasterium, quæ privilegiata est, non sub jaceat solemnitatibus statutaris, minusque invaliditati resistente à lesione, ut supra, eo quia principaliter facta censetur, ex motivo spiritualitatis, & omnimodæ abdicacionis à mundanis, ut liberis divinis, ac spiritualibus vacari valeat, alia cause remanent merè profana, in quibus uterque defectus intrat, atque in facti specie uterque verificabatur, adeo ut de plano intraret annullativa dispositio dicti Statuti 151. tam tamen defectus solemnitatis materialis, quam alterius pro meo sensu magis considerabilis solemnitatis formalis consistentis in causa utili, vel saltem non damnosa, modo legitur magis ubi adèo notabilis, ac magna læsio intercedat.

Defectus etenim solemnitatis materialis, ex eo clare resultabat, quod in citatione facta proximioribus, in quorum non comparitum contumacia, seu defectu ad formam Statuti, cum depuratione Curatoris actus erat sequutus, dicebatur fieri debere renunciationem ex sola causa ingressus in Monasterium, alie verò non exprimebantur, idèoque proximiores merito intervenire neglexerunt, quia sciebant solemnitates non requiri, minusque cognitionem causæ, pro qua eorum interventus à statuto desideratur, cum ita fieret actus rationabilis, & ex communi consuetudine connaturalis; Secus verò ubi expressum fuisset, quod præscribendo etiam ab ista causa, illaque habita pro seclusa, unde puella supponenda esset in statu seculari ex aliis causis profanis, & vagis adèo notabilis renunciatio faciendi esset, quod etiam producit defectum causæ utilitatis, vel non damnosæ, quinimò maximam læsionem, ut absque congrua recompensa renunciaret ad eam magnam successiois verisimiliter speratæ, & proxima, dum patet masculina prole carbat, ac verisimiliter desperatus erat, solumque supererat patruus, qui ratione Prælatuæ, & Clericæ Camere, ac naturalis qualitatis Cardinalitæ dignitatis nimium proximus potius sperabatur, prout in effectu erat, nisi superventa immatura mors Ducis fratris ad immutationem status illum coegisset.

Considerabam respondendo objectis scribentium in contrarium, quod bene attentis omnibus doctrinis, ac decisionibus, quæ per eos deducebantur in hac materia resolutionis, vel non obstantia renunciationis factæ intuitu ingressus in religionem, vel Monasterium ob subsequentem mutationem status, revera extraneæ essent à casu questionis, nullaque illum præcisè percuteret, quoniam, ut pluries advertitur in sua sede *sub tit. de renunc.* ille percutitur



